



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

23. Dies Martii. Nemo securus est in iis bonis, quæ potest invitus amittere.
S. Aug. de lib. arb. libr.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

23. DIES MARTII.

Nemo securus est in iis bonis, quæ potest
invitus amittere. S. Aug. de lib. arb. libr.

2. cap. 14.

Nec magni I.
fiscientia æ.
diam, vestiū,
dapum, &c.

Congero unum in cumu-
lum quædā quæ perversè à
perversis judicantur bona,
quæ nullus potest posside-
re securus; quia cùm possint facile adimi, ne amittat,
semper est sollicitus, ubi amisit, tristis. Hæc inter, est
ædium magnificentia. Quid inde cristas attollis? si
quid in laquearibus, in popylæo, in columnis, in te-
ctis est laudis: illa non tua est laus, sed Architecti.
Quærenda porins domus lata, quæm lata: nec enim
semper felicis habitat, qui fusiūs. Imò raro secum
habitant, qui amplias, & splendidas ædes inhabitant.
Ne quidquam ædes inquiris ubi nihil sit quod incō-
modet, vel nullus qui dispiceat. Est enim illud om-
nibus magistra experientia testatissimum. Nulla do-
mus, ubi non sit Momus. Jam verò cum domus Do-
mino, non Dominus domo sit honestanda; quid
prodest conclave instruere futili inanum rerum
choragio? sit in domo magis suppellectulis nitor,
quæm splendor. Quæ sit ad usum, non ad pompani.
Supplex Barbarica, domus est barbarissimus. Ampla
supplex, materia est illex furibus, & muri bus. Ut tui
sint lares contra lemures, non desint religiosa mode-
stæ pietatis instrumenta: hæc erunt domus non tan-
tum quæ illustrent, ornamenta, sed quæ propugnent,
præsidia.

II. Ini-

II. Iniquo quorumdam judicio , magno est in
pretio corporis ornatus. Affectatus corporis orna-
tus plerunque tessera est prostituta integratis. Est
extrema insanæ linea, gloriari hno, & lanâ. Sic & co-
thurnis intumescere , & gnaviter despere. Ut pluti-
mum qui murice fulget , pectora sorbet : non raro
enim splendida vestis , est animi testis. Hinc nullis fe-
rè exquisitor est corporis cultus , quam quibus ani-
mus est incultus. Comptulus , & comatulus , idem
plerunque & sordidulus. Ardor venusti capillitii,
probitatis est probrum, naturæ opprobrium. Odores
in vestibus, gemmæ in auribus , annuli in digitis , au-
cupes sunt libidinis. Cincinni, calamistri, specula , pi-
gmenta, gypsatae chirothecæ, myrothecia, vanitatum
sunt theca. Corpus, ut rectè excolas, nec ad invidiam
splendeat, nec ad contemptum sordeat. Ut eret veste,
ut peccati monumento , pudoris tegumento , non
putoris ornamento: tu illam, non illatè honorat. Ni-
hil corpus nisi modestia ornat. Velet pudorem pro-
prium, non sollicitet alienum. Cur vis patere , quod
non licet videre? formam vesti status præscribat, non
vanitas fuggerat.

III. Nec desunt de grunniendi Epicureorum gre-
ge, homines nullius iniurias quam sui Domini, utpote
nati duntaxat ab domini, quibus lauditia cibi , est loco
summi boni. Quid iniquius ? cum evix ulla insti-
tuantur convivia , ubi non audiantur in probos
convitia , ubi non referuntur aliorum vitia. Ubi
congestus est selectissimorum ferculorum cumulus,
ille certus est Temperantiae tumulus : ibi peregrina-
tæ dapes , ubi multæ animi labes. Carnis sagina,
mentis est carnificina. Nam uberi, & tumidâ, pulpâ
acies

Martius.

Tessera.

221

acies mentis obtunditur, & cordis vigor hebetatur. Quid aliud sunt distenta pinguedine corpora, quam animata dolia? Illi quibus protensus est aqualiculus, ventre prominulo, enutriti vel in hortulis Epicuri, vel in culinis Aristippi, vel in gurgustiis Asotorum, qui tota sensuum colluvione in corporis lenocinia proniferuntur, quod possunt nisi de carnibus, & ructu, & ingluvie cogitare? vesperi helluando farciunt ingestis dapibus stomachum; manè oicitando exhalant crapulam. Hinc mente cum carne impinguata animo subsidente, excrescit in amplitudinem, videatque tumidos, & in orbem pinguedine rotundatos, ut opimos boves, arcuato ventre, & tripliciamento novos Geryonas, cervice rugatâ. Ut er cibo, ut vitae pharmaco: quidquid in edendo est nimium, est toxicum. Primus cibi abusus, primum inflxit animæ vulnus. Ingenium subtile reddit esuries; habes ingluvies. Si optes tibi feram senectutem, altè tibi sit infixum hoc Vatis monitum:

Parcus vescendo, parcissimus esto bibendo.

24. DIES MARTII.

Qui perverse amat cuiuslibet naturæ bonum, etiamsi adipiscatur, ipse fit in hoc bono malus. *August. libr. de civit. 12. cap. 2.*

Necnulla I.
mundi
bona.

Omnia mundi bona hactenus recensita, quam debent esse mala, cum perverse amata, quemlibet reddant malum, nemini.